A. D. 1921. Nrus III.

CURRENDA

Novum festum S. Ephraem Syri, Diaconi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris die 18 Junii celebrandum.

Pius PP. X. s. m. anno 1909 Missam et Officium proprium in honorem S. Ephraem, Diaconi Edesseni, approbavit et monachis Benedictinis, e Prioratu Hierosolimitano Ss. Benedicti et Ephraem, concessit. Verum SSmus D. N. Benedictus PP. XV., per Litteras Encyclicas „Principi apostolorum", diei 5 octobris 1920 (Acta Ap. S., 5 nov. 1920 pag. 457), ut id suppleret quod ad magni anachoretae gloriam deesse videbatur, simulque Orientis christiani populis gratificarrtur, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, suprema Sua auctoritate, Sancto Ephraem Syro, Diacono Edesseno, titulum cum honoribus Doctoris Ecclesiae Universalis contulit ratumque habuit, decernens, „eius festum diem, qui est duodevicesimus mensis iunii, celebrandum ubique esse eadem ratione, qua dies natalis agitur ceterorum Ecclesiae Universalis Doctorum". Itaque deinceps die 18 Junii in Universa Ecclesia persolvendum est Officium S. Ephraem Syri Diaconi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, sub ritu duplici, iuxta exemplar nuper editum in Actis Ap. Sedis (11 Martii 1921, pagg. 149—123), nempe omnia dicuntur de Communi Doctorum, praeter Orationem et Lectiones II. ac III. Nocturni proprias, atque Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente; additur autem commemoratio cum nona Lectione de Ss. Marco et Marcelliano Mm. Missa item legitur de Communi Doctorum, praeter Orationem propriam ut in Officio.

Quod per S. Rituum Congregationis decretum Urbis et Orbis diei 14 Octobris 1920 est promulgatum. Quare Illmus et Rmus Praesul mandat, ut Directorium officii divini anno currente prout sequitur mutetur:

17 Junii Vesp. 1. Sequ. (Ant. ad Magn. „O Doctor") Com. Ss. Marci et Marcell. Mm. Compl. Fer.

18 Junii S. Ephraem Syri, Diaconi, CD. dpl. In I. Noct. Lectiones de Scr. occurr., in II. et III. Noct. Lect. propriae, Lectio IX. de Ss. Marco et Marcell. Com. Ss. Marci et Marcelliani. Missa (col. A) „In medio Ecclesiae", c. Gl., oratio propria, 2. or. Ss. Marci et Marcell. Mm. Cr. Vesp. Ant. Psal. Sabb. a cap. de Dom. sequ. Com. 1. Praec. 2. S. Julianae de Falc. (h. a. simplif.), 3. Ss. Gervasii et Prot. Mm. Compl. Sab.

Officium S. Ephraem Syri, Diaconi, CD., Breviario inserendum et Missa, Missali inserenda, huic Currendae adiunguntur.

Novum Missale typicum Vaticanum. Mutationes in Directorio.

Per S. Rituum Congregationis Decretum 25 Iulii 1920 evulgata et approbata est nova editio typica Missalis Romani, quam Commisio Pontificia a fel. rec: Pio PP. X. die 2 iulii 1911 instituta diligenti studio praeparavit. In qua editione, ex altera typica anni 1910 deprompta, illud tantum innovatum est, quod ex recentibus praescriptionibus liturgicis et ex additionibus et variationibus in Breviario typico inductis, consequeretur. Mutationes opportunae in Directorio officii divini pro anno proximo et in Folio Ordinariatus suo tempore annuntiabuntur. Praesenti decreto solummodo quae sequuntur afferre opportunum videtur:

1. Permittitur *orato pro seipso sacerdote*, die fixa mensis in qua anniversarium recurrit propriae ordinationis sacerdotalis, dummodo non occurrat Duplex I. classis, Dominica Palmarum, Vigilia Nativitatis et Pentecostes. Si perpetuo vel accidentaliter impeditur, transferri potest in proximiorem diem liberam. Dicitur post orationes a rubricis praescriptas.

2. *Collecta imperata* substitui potest *orationi ad libitum* quoties a rubrica praescribitur, etiam in Dominicis maioribus. Satisfit obligationi per unicam orationem, si a rubrica et ab Ordinario praescribatur oratio pro Papa vel contra persecutores Ecclesiae.

3. Omitti potest *Sequentia* infra Octavam, non autem in die Octava, in Missis privatis lectis; excipiuntur Sequentiae Paschatis et Pentecostes quae semper dicendae sunt. (Anno currente ex. gr. omitti potest ad Celebrantis libitum Seq. „Lauda Sion" diebus 27, 28, 30, 31 Maii et 1 Junii).

4. Si in fine Missae non sit legendum Evangelium Dominicae, Feriae, Vigiliae aut Octavae Epiphaniae, Paschatis et Pentecostes, legitur Evangelium Officii commemorati quod proprium Evangelium Officii commemorati quod proprium Evangelium habet (idest stricte proprium et non appropriatum vel de Communi Sanctorum desumptum vel per Octavam e Festo repetitum).

Quare anno currente legitur ultimum Evangelium Festi simplificati sequentibus diebus: 22 Julii (S. Mar. Magdal.), 2 Octobris (Ss. Angelor. Custod.).

5. „Ritus servandus in celebratione Missae" tit. XII. 6 mutationem passus est quod attinet ad reverentiam Cruci altaris exhibendam; praescribitur amodo non caput, sed corpus profunde inclinandum esse in recessu ab altari (sicut in regressu).

6. Diebus 19, 22, 23 Decembris prohinbentur Missae lectae defunctorum et Votivae.

7. Missa votiva *pro sponsis* prohibetur: a) in Festis de praecepto etiam suppressis et non classisis; b) in Festis ritus classici; c) in Dominicis; d) in Feriis privilegiatis Cinerum et primi tridui maioris hebdomadae; e) in Vigiliis privilegiatis: Nativitatis, Epiphaniae, Pentecostes; f) infra Octavas privilegiatas I (Pasch. et Pentec.) et II ordinis (Epiph. et Corp. Christi), in ecclesiis unicam missam habentibus in Litaniis (maioribus et minoribus), si fiat processio.

Si loci Ordinarius permisserit solemnitatem Nuptiarum tempore clauso, Missa pro sponsis permittitur, dummodo non occurrat impedimentum aliquot ut supra.

Si Missa impeditur, commemoratio pro Sponsis facienda est etiam in Festis duplicibus I classis Ecclesiae universalis nullo excepto.

Omittitur tamen commemoratio et Missa in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum.

Commemoratio pro Sponsis *semper* fit sub unica conclusione cum prima Oratione Missae Offici occurrentis.

S. C. S. Offici Instructio ad Rev. locorum Ordinarios familiarumque religiosarum Moderatores super inviolabili sanctitate sigilli sacramentalis.

Naturalem et divinam sigilli sacramentalis legem in Ecclesia Christi semper et ubique sanctissime servatam fuisse ne ipsi quidem confessionis sacramentalis acriores hostes in dubium unquam revocare serio potuerunt. Idque providentissimo Dei consilio absque ulla dubitatione tribuendum est qui sacramentalem confessionem veluti secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam hominibus misericorditer offerens omnem aversationis causam ab ea dignatus est amovere.

Non desunt nihilo minus quandoque salutaris hujus sacramenti administri qui, quamquam reticitis omnibus quae paenitentes quomodocumque prodere queant, de submissis in sacramentali confessione clavium potestati sive in privatis collocutionibus sive in publicis ad populum contionibus (ad auditorum ut aiunt, aedificationem) temere sermonem facere non vereantur. Cum autem in re tanti ponderis et momenti nedum perfectam et consummatam injuriam sed et omnem injuriae speciem et suspicionem studiosissime evitare oporteat, palam est omnibus quam mos hujusmodi sit improbandus. Nam etsi id fiat salvo substanstialiter secreto sacramentali, pias tamen audientium aures haud offendere et diffidentiam in eorum animis haud excitare sane non potest. Quod quidem ab hujus sacramenti natura prorsus est alienum, quo clementissimus Deus quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commissimus, misericordissimae suae pietatis xenio penitus abstergit atque omnino obliviscitur.

Haec animo reputans Suprema haec S. Congregatio S. Offici muneris sui esse ducit omnibus locorum Ordinariis Ordinumque Regularium et quorumcumque Religiosorum Institutorum Superioribus, graviter onerata eorum conscientia in Domino praecipere ut hujusmodi abusus, si quos alicubi deprehendant prompte atque efficaciter coërcere satagant; utque in posterum tam in scholis theologicis quam in casus moralis, quas vocant, conferentiis et in publicis et in privatis ad clerum allocutionibus et adhortationibus sacerdotes sibi subditos sedulo edoceri curent ne quid unquam occasione praesertim sacrarum missionum et execitiorum spiritualium, ad confessionis sacramentalis materiam pertinens, quavis sub forma et quovis sub praetextu, nec obiter quidem et nec

directe nec indirecte (excepto casu necessariae consultationis juxta regulas a probatis auctoribus traditas proponendae) in suis seu publicis seu privatis sermonibus attingere audeant; eosque in experimentis pro eorum habilitatione ad confessiones excipiendas hac super re peculiariter examinari jubeant.

S. Congregatio confidit neminem ex confessariis hujusmodi praescriptionibus contraventurum: quodsi secus acciderit, praedicti Ordinarii et Superiores trangressores graviter moneant, recidivos congruis poenis percellant, ac in casibus gravioribus Supremo huic Sacro Tribunali rem quam primum deferant.

Datum Romae ex aedibus S. Officii, die nona Iunii 1915.

R. Card. Merry del Val.

L. 2752.

Visitatio canonica decanatus Vetero-Sandecensis.

1. Die 3. Iulii horis meridianis post Illmus a Rmus Antistes veniet ad *Piwniczna*, ibique die 4. et 5. Iulii sacris fungetur officiis:
2. Die 6. Iulii post meridiem in *Łomnica;*
3. Die 7. Iulii in *Muszyna;*
4. Die 8. Iulii in *Krynica;*
5. Die 9. Iulii in *Tylicz;*
6. Diebus 10. et 11. Iulii in *Barcice;*
7. Die 12. Iulii in *Biegonice* (consecratio Ecclesiae);
8. Diebus 13. et 14. Iulii in *St. Sącz;*
9. Die 15. Iulii in *Gołkowice;*
10. Die 16. Iulii in *Żeleźnikowa* (consecratio Ecclesiae);
11. Diebus 17. et 18. Iulii in *Nawojowa.*

Durante visitatione omnes P. T. Sacerdotes sumant in Missa permittentibus rubricis — collectam: *de Spiritu Sancto.*

Ministerstwo Spraw Wojskowych L. 6395/1719/IV z dnia 16/2 1921 roku w uzupełnieniu rozkazu L. 72968/15925/IV z dnia 13/12 1920 roku wyjaśnia:

„Wobec zarządzonego bezterminowego urlopowania całego szeregu roczników i rozpoczętej przez to demobilizacji armji, zezwoleniami Władz wojskowych na zawarcie związków małżeńskich winni się wykazać w roku 1921 szeregowi należący do zapasu, korzystający z odroczeń i ulg ustawą przewidzianych roczników 1899, 1900, 1902.

Wobec tego w roku 1922 muszą posiadać zezwolenia władz wojskowych na zawarcie związków małżeńskich szeregowi zapasu roczników 1900, 1901, 1902.

W roku 1923 roczników 1901, 1902, 1903,
W roku 1924 roczników 1902, 1903, 1904,
W roku 1925 roczników 1903, 1904, 1905,
W roku 1926 roczników 1904, 1905, 1906.

itd., a to w związku z postanowieniem art. 8. „Tymczasowej Ustawy“ o powszechnym obowiązku służby wojskowej, według którego służba w *zapasie* trwa 3 lata.

Szeregowych pełniących służbę czynną obowiązuje nadal rozkaz ogłoszony w Dz. Rozkazów Wojskowych Nr. 25 ex 1919 r. poz. 827.

Mężczyźni wszystkich innych roczników, jak również ci, którzy zadość uczynili dwuletniej obowiązkowej służbie wojskowej i zostali bezwarunkowo urlopowani (przeniesieni w stan rezerwy) specjalnych zezwoleń władz wojskowych na zawarcie związków małżeńskich nie potrzebują“.

L. 1582.

Przepisy stemplowe co do metryk, podań i załączników.

W odpowiedzi na liczne zapytania, podajemy do wiadomości duszpasterzy przepisy co do opłat stemplowych od metryk, próśb i załączników w sprawach metrykalnych i matrymonialnych, zestawione na podstawie pisma Dyrekcji Skarbu we Lwowie (13.194/21).

1. Wyciągi metrykalne t. j. wyciągi z metryk chrztu, (urodzin), zaślubin i śmierci, o ile się je wygotuje na żądanie stron prywatnych, podlegają zasadniczo należytości stemplowej w kwocie 1 Mk 40 fen.

Jeżeli w jednem i temsamem wygotowaniu stwierdza się dwa lub więcej wypadków chrztu (urodzin), zaślubin lub śmierci (wyciągi familijne), natenczas przypada tylekroć należytość po 1 Mk 40 fen. ile wypadków stwierdzono.

Natomiast wyciągi metrykalne oraz wspomniane świadectwa są wolne od opłaty stemplowej, jeśli sie je wydaje na żądanie publicznych władz i urzędów, a służyć mają wyłącznie dla użytku urzędowego.

Ustawa z dnia 16 lipca 1920 r. o podwyższeniu i zrównaniu stawek przy niektórych opłatach stemplowych na obszarach byłych zaborów rosyjskiego i austrjackiego (Dz. Ustaw Nr. 73, poz. 498) nie wprowadziła żadnych zmian co do opłat stemplowych, przypadających od metryk.

2. Od podań wnoszonych przez osoby prywatne do władz i urzędów państwowych administracyjnych w sprawach metrykalnych oraz dyspenz małżeńskich przypada obecnie opłata stemplowa w kwocie 10 Mk od pierwszego a po 5 Mk od każdego następnego arkusza.

3. Załączniki wspomnianych podań podlegają opłacie stemplowej w kwocie 2 Mk od każdego arkusza załącznika, przyczem nie czyni różnicy, czy załącznik jest dokumentem oryginalnym czy odpisem, oraz czy od pismą, stanowiącego załącznik, uiszczono już jakąkolwiek opłatę stemplową.

Temsamem dołączona do podania o dyspenzę małżeńską metryka chrztu, jakkolwiek ostemplowano ją już prawidłowo przy wygotowaniu znaczkami na 1 Mk 40 jen., winna być zaopatrzona dodatkowo odrębnym stemplem załącznikowym na 2 Mk.

L. 2753.

Rekolekcje dla kapłanów.

Zawiadamiamy P. T. Duchowieństwo, że coroczne rekolekcje dla kapłanów odbędą się w bieżącym roku:

1. W Kollegjum OO. Jezuitów w Nowym Sączu w dniach *od 4 lipca wieczorem do 8 lipca br. rano.* Kapłani pragnący wziąć w nich udział, zechcą zgłosić się najdalej do 20 czerwca br. do tamtejszego O. Rektora i pomódz w aprowizacji dostarczeniem przedewszystkiem omasty i cukru.

2. W Seminarjum duchownem w Tarnowie w dniach *od 19 września wieczorem przez trzy dni do 23 września br. rano.* Pożądaną jest rzeczą, by kapłani pragnący wziąć w nich udział, zgłosili się jak najwcześniej ze względu na potrzebne przygotowania, zaś ze względu na obecne stosunki przyszli z pomocą dostarczeniem artykułów spożywczych zwłaszcza tłuszczów.

Rekolecje dla P. P. Nauczycielek.

Wzywamy PT. Duchowieństwo, *ażeby zawiadomić zechciało PP. Nauczycielki po szkołach,* że coroczne rekolekcje odbędą się w Tarnowie w klasztorze SS. Urszulanek *w dniach od 2 do 5 lipca br.* Początek 2. lipca o godz. 7 wieczorem, zebranie Sodalicji o g. $5^1/_2$. Koszta utrzymania wynoszą 300 Mk.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Decoratus usu Expos. Can: R. D. *Joseph Kaliciński,* Catecheta in Tarnów.

Nominati R. Dni: *Stanislaus Grochowski,* Par. Chorzeloviensis — vicedecanus dec. Mielecensis; *Joseph Młodochowski,* Coop. e Szczepanów — Catecheta gymnas. in Brzesko.

Instituti R. Dni: *Iulianus Przeworski,* Coop. e Chorzelów — ad v. benef. in Skrzyszów; *Ioannes Koza* provisor in Lubzina—ad v. benef. in Siedlce; *Ioannes Dulian,* par. e Brzozowa — ad v. benef. in Wojnicz.

Translati Rdni: *Alexander Osiecki* e Wojnicz — ad Brzozowa (qua provisor); *Jacob Opoka* e Kolbuszowa ad Padew; *Franciscus Piękoś* e Pstrągowa ad Chorzelów; *Ioannes Drożdż* e Skrzyszów ad Lubzina (qua provisor); *Ludovicus Pilch* e Siedlce ad Rożnów (qua provisor); *Ludovicus Smołka* e Radomyśl ad Ostrowy.

Applicati R. Dni: *Antonius Pałka* antea parochus Lubzinaenzis ad Radomyśl; *Michaël Chłoń,* finito servito milit. – ad Tuchów.

Suspensus a sacris: R. *Ioseph Urbański,* Coop. e Tuchów; **Eliberatus** ab officiis R. *Ioseph Rogoziński,* Coop. e Padew; **Incardinatus** dioëcesi Podlachiensi R. *Iacob Oleksy* emer. Parochus.

Piis ad aram precibus commendatur:

anima p. m. *Methodii Turkiewicz,* O. FF. Min., qui die 10 Martii h. a. in Conventu Zakliczynensi pie in Dno obdormivit;

p. m. *Iosephi Hęciński,* Catechetae in Grybów, qui mense Aprili h. a. vita functus est. Soc. pr. ads.

p. m. *Aloisii Guńkiewicz,* Presbyteri emer., qui die 4. Maii h. a. Cracoviae supremum obiit diem.

p. m. *Adalberti Dąbrowski,* Cappellani castr., qui die 17. Maii h. a. Cracoviae animam Deo reddidit Soc. pr. a.

Z KURYI BISKUPIEJ.

W Tarnowie, dnia 25. maja 1921.

Ks. Dr. Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.

